

veritas à re ipsa pendeat, & non ex affirmatione Pontificis, Propter nostrum enim affirmare vel negare nihil mutatur in re. Sed Papa definiens fecit ut non liceat asserere aut oppinari contrarium illius, cum tamen ante Pontificis determinationem forte libere quis asserere potuisset citra hæresis notam, eo quod veritas illa non innotuisset (quamquam non video qualiter potuisset aliquem nisi profus indoctum aut male affectum latere) & ideo olim citra pertinaciam asserens non conferretur hæreticus, ac ideo nec excommunicationis reus. Sæpenumero enim contingit, ut inter viros pios atque doctos non conveniat de eadem re, in qua alterum eorum errare necessarium est, nec ideo tamen error ille statim hæresis censetur. Ut gratia exempli: quidam dicunt personas divinas constitui in esse (ut ipsi loquuntur) personali per respectiva, alii affirmantibus constitui per absoluta. Alii rursum dicunt non constitui per aliqua, sed sibi ipsis esse personas. Quis non videt aliquem horum errare, cum tamen quilibet eorum suæ adhaereat opinioni impune, & sine hæresis nota? Nec tamen ideo talis error non est hæresis, quia ei non impingitur. Nam si omnis error catholicæ fidei obviens, hæresis dicendus est juxta id quod superius differimus, certum est talem errorem esse hæresim, quia oppositus veritati fidei catholicæ quamvis nobis ignotæ. Veritas enim, cui error illerepugnat, necessaria est, nos tamen latet an veritas sit, atque ideo minime obligamur ad assentiendum ei, nec ad dissentendum errori repugnanti. Quo fit, ut liberum sit cuique suam tueri sententiam. Si tamen Ecclesia à Spiritu Santo edocta de illa re definit, absque ulla dubitatione Ecclesia non efficeret sua definitione ut persona sic aut sic constituitur: sed doceret nos id quod etsi ab æterno verum fuerat, nos tamen latebat. Postquam Ecclesiæ definitionem jam non licebit asserere quod ante licuisset. Erit ergo necessario ut sicut Ecclesia sua definitione non efficit novam fidei veritatem, ita nec oppositam esse novam hæresim. Verum quoniam aliquando Ecclesia verbis claris & manifestis exprimit aliquam assertionem, quam ex aliis abstrusis reconditisque scripturæ sacræ locis elicit, etsi nullibi ita manifeste reperitur, hac ratione eveniet aliquando ut Ecclesia dicatur condere articulum fidei; non quod efficiat esse fidem quod non erat fides, sed quia id expressit aliquibus certis verbis, quibus antea nusquam fuerat expressum: sicut dicimus Nicænum Concilium condidisse symbolum fidei, quia filii consubstantialitatem expressit, quam nusquam sacræ litteræ hoc nomine expresserant. Ad hunc modum etiam dicitur hæresis aliqua esse nova, non quod antea non fuisset hæresis, sed quod nullus eam antea asseruerit. Hoc enim modo ait Gelastus Papa: Achatius non fuit factus inventor novi erroris, sed veteris imitator. Multi quidem sunt errores qui antequam habeant protectores, à doctoribus sacris reprobantur, ut præcaveant aliis: quod si quis jam eos defendere incepisset, dicerentur hac ratione novi errores. Sic enim in actis Apostolicis refertur de quibusdam dicentibus de Paulo, (Act. 17.) quod novorum dæmoniorum annuntiator esset. Nova quippe appellabant dæmonia, eo quod à Paulo essent noviter prædicata. Fuisit in hoc capite egimus, quod videbamur rem esse necessariam longa admonitione, ne quisque credat sibi esse commissum de hæresi pronuntiare.

... in hoc capite egimus, quod videbamur rem esse necessariam longa admonitione, ne quisque credat sibi esse commissum de hæresi pronuntiare.

## CAPUT IX.

Quis sit dicendus Hæreticus.

QUI hujus capituli solam superscriptionem inspexit, superfluum forte ei videbitur quod hoc capite pertractandum est. Dicit enim apud se: Cum hæreticus is sit dicendus qui hæresi adhaeret, quid autem sit hæresis, superius ostensum est, quid igitur de hæretico oportebat repetere sermonem? Quod non ita est ut primo objicitur. Nam subinde evenit ut hæresim asserat, qui tamen vere catholicus diceret, ut de Cypriano & aliis dicemus. Quapropter ulterius oportebit facere inquisitionem, ut comperiamus quis merito hæreticus censendus sit. Quæ res cum non sit levis, ne levis etiam, immo matura exigitur examinatio antequam aliquid definiatur. Nam quum nomen hæreseos grave sit & injuriosum Christianis auribus, turpe est id temere cuiquam impingere. Non enim est alia durior aut acerbior, quam christiano viro positis inferre, contumelia, quam si eum hæreticum appelles. Sunt tamen multi nil magis habentes in promptu, quam hæresis notam, quam pro libito objiciunt, non expedites de qua re, ut de quo loquantur. E quibus multis non potui calamum temperare quin unum fratrem Bernardum de Luxemburgo notarem, qui in suo hæreticorum catalogo plures in hæreticorum numerum retulit, dignos qui meliore calculo numerarentur, quales sunt Papias Hieropolitanus Episcopus, Præpositivus, Gilbertus cognomento Porretanus. Hunc autem cum ipse fateatur errori suo renuntiassè, miror quid hominem impulerit ut illum hæreticorum catalogo inferuerit. Quis enim unquam docuit eum esse dicendum hæreticum, qui errorem sic tenuit, ut monitus & convictus non erubuerit palinodiam cantare? Taceo de Berengario, quem postquam hæreticorum ordini intexuit, fateri eum ab errore sic discessisse, ut nunquam ad eum redierit (quod quantum veritatis habeat, alias differemus) ideoque dicit ibidem annumeratum, non quod hæreticus fuerit, sed quod sententiam tenuerit aliquando hæreticam. At cum librum appellaverit nomine catalogi hæreticorum, quid cogit, ut qui semel alicui hæresi adhaeruerit, hac nominis ratione in eundem alveum corruerent cum cæteris qui pertinacissime suos tutati sunt errores? Quod si hoc nomine illi proferibendi erant, cur alios tam multos prætermisit? Nonne Frater Matthæus Grabon hæresim sectatus est, cui in Constantiensis Concilio, Joanne Gerlone teste, renuntiavit? Verum hic Dominicanus erat, quem forte (ut alios ejusdem instituti qui pertinaciter hæresi adhaerent) sciens præterit, ne Dominicanis instituto, quod profiteri, contumeliam fecisse videretur: tamquam si aliquid deperisset de gloria Ordinis Prædicatorum, quod ex eo sodalitiis unus aut alter hæreticus prodierit. Non certe magis quam de illa societate deperit, de qua dicitur: *Ex nobis prodierunt, sed ex nobis non erant.* (1. Joann. 2.) Nusquam enim Ecclesiæ venustas diminuta est, aut color obfuscat, eo quod tot ex ipsa hæretici exierint. Propter quod non possum non stomachari in eos qui ut suum institutum laudent, non venerunt coram populo jactare & dicere, eum qui semel habitum illius ordinis susceperit, non posse in fide errare aut deficere. Nonne hoc aperta est blasphemia, cum per hoc magis tribuere videatur habitui quo induitur, quam fidei aut gratiæ Dei? Est ne forte potentior pannus ille, quam Dei

Dei

Dei gratia aut fides? Absit tanta dementia. At nec fides nec gratia in baptismo suscepta sic hominem servat quin in hæresim labi possit. Qui sit ergo ut habitus servet? Quod si hoc ad professionem quis referre velit, & non ad habitum, ut professio quam de illo instituto emisit, hanc vim habere dicatur: quis non videt in baptismo omnes profiteri Christianismum? nec tamen illa quam tunc emisimus professionem, immunes nos ab hæresi reddit. Nec tamen ullus erit adeo impudens, ut neget illustriorem multo esse atque efficaciorum professionem illam, quam quævis alia postmodum facta. Abeant ergo & illas nectas poetis cantandas relinquunt, & populo meliora prædicent. Testor Deum, non mentior: nam me præsentem, quidam in concione publica ad populum prædicans in die quo agitur solemnitas sancti qui ordinem instituerat, dixit, fraternitatem suam ac societatem laudibus extollere volens, eum qui habitum illius ordinis semel induerit, non posse esse hæreticum. Et ab aliis pluribus accepti, se eadem verba audivisse ab hominibus ejusdem ordinis quum de eadem re sermo populo fieret. Ego quidem quum audirem, abominatus sum hominis audaciam atque impudentiam, execratus autem prælati patientiam, qui illa audiens tollerasset, minimeque punisset. Ob quam causam suspicio mihi non parva orta est, ut crederem ex ejus mente verba prolata. Ne hoc toti ordini aut societati impediisse videar, nomen ordinis ex industria subicui, ut magis admonere viderer prout christiana charitas postulat, quam traducere prout invidia suggerit: libenter quidem audio sanctorum laudes, modo eos Deo non æquent. Gaudeo quum quis institutum quod professus est, laudet. Nam hoc symbolo demonstrat se à prima intentione minime defecisse. Modus tamen est laudibus apponendus, ne quis conventum aliquem particularem illustriorem aut speciosiorum putet, quam conventus ille, qui Ecclesia universalis dicitur, quæ sine macula est: ex ea tamen quum multi hæretici exierint, nihil unquam de ejus pulchritudine perit. Atque ideo Deum testor quod nemini in hoc libro parcam cuius hæresim alicubi reperero, etiam si Franciscani instituti fuerit, cui me à duobus & viginti retroactis annis astringi. Nam etsi beato Francisco tamquam patri teneam, & ejus fraternitati velut matri quæ me aluit atque educavit, plus tamen me debere fateor Christo, qui pro me mortuus est, & veræ omnium matri Ecclesiæ Catholice, in qua per baptismum renatus sum. Sed jam opus est ut ad nostrum scopum revertatur oratio. Quum ergo res sit tam acerba quæpiam hæretici nota inturere, anxie examinanda est, oportetque lapidem (ut dicitur) ad filum referre, antequam censeamus & non leviter quicquam pronunciare. Plurima ergo exiguntur ut merito aliqui dici possint hæretici. Primo, ut fidem catholicam semel in baptismo susceperit. Nam qui nunquam fuit Christo dedicatus, is infidelis, aut paganus, aut Judæus, aut Saracenus, aut alio quovis nomine censetur, non tamen dicitur hæreticus. Unde patet misere errasse Bernardum de Luxemburgo, qui hæreticorum catalogum describens, aliquos ibidem recenset qui nunquam in fide catholica fuerunt initiati, atque ideo nec hæretici nominandi erant, quales sunt Avicenna & Aberroes, quos hæreticorum catalogo inseruit, cum tamen nihil minus quam hæretici dici possint. Constat siquidem eos sectam Mahumeticam fuisse amplexos. Quod si ideo inter hæreticos numerandi erant, quia fidei Christi adversi fuerunt, cur non etiam appositus Plotinum, Lucianum, Libanium, Plutarchum, Apulejum, aliosque Philoso-

phos, qui fidei Christianæ maxime repugnant. Deinde post fidem susceptam requiritur error in fide, quod aliquam scilicet hæresim amplectatur. Propter quod schismaticus ex solo schismate non proprie hæreticus censendus est, nisi hæresim confingat, propter quam ab Ecclesiæ unitate dividatur. Verum quia (August. teste) nullum schisma est, nisi aliquam hæresim confingat, ut recte videatur ab Ecclesiâ discessisse, hinc est quod schismaticus appellari solet hæreticus: non quod schisma ipsum hæresis sit, sed quia disponit ad hæresim. Ut enim primo cap. differimus, nunquam opus exterius dicendum est hæresis, nisi ei adjungatur credulitas intellectus. Ideo schisma hæresis dici non potest, nisi ei addatur error intellectus. Unde Hieron. super epist. ad Gal. Inter hæresim & schisma hoc esse arbitror, quod hæresis perversum dogma habet, schisma vero ab Ecclesiâ pariter separat, hæc ille. Verum hic ad monere oportet duplicem esse unionem. Una quæ fit per charitatem, per quam tamquam per juncturas membra junguntur, ut capiti suo scilicet Christo coherant, & per hanc constituitur corpus illud quod dicitur esse sine macula. Et hoc modo unitas Ecclesiæ consistit in unitate charitatis, qua membra invicem se diligunt, & Deum. Alia est Ecclesiæ unio per fidem, per quam omnes fideles sunt grex sub uno pastore. Sic enim Hugo de Sancto Victore, per fidem accipit unionem, per charitatem vivificationem. Hæc ille. Et hæc est illa Ecclesia, quæ in Evangelio aliquando comparatur lagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Aliquando decem virginibus, è quibus quinque erant saxeæ, quinque prudentes. Schisma (quod latine sonat scissura aut divisio) opponitur primæ unioni quæ fit per charitatem. Nam sæpenumero evenit ut aliquis schismaticus dicatur, qui tamen Ecclesiam credit esse omnium matrem, & fidem tenet, quam catholica tenet Ecclesia: sed sola hac ratione separatur, quod negat Pontificem recte, & (ut decebat) electum, atque ideo non vult ei subesse tamquam ei quem non credit verum esse Pontificem: quale schisma historiæ recentes memorant per quadraginta ferme annos permanisse in Ecclesia, quæ tres se pro Pontificibus gerentes tunc passa est, quod in Concilio Constantiensi sub Sigismundo Romanorum rege finitum est. Quis tamen hic audeat alicui eorum qui se Pontifices dicebant, aut eis qui illis parebant, hæretici nomen impingere, quum ipsum Concilium nunquam alicui eorum hoc objecit, nisi forte Benedicto, qui reclamante Concilio in schismate permansit? Quamvis enim credere tenemur ex fide, verum Petri successorem esse supremum totius Ecclesiæ pastorem, non tamen tenemur eadem fide credere Leonem aut Clementem esse verum Petri successorem: quoniam non tenemur ex fide catholica credere eorum quemlibet recte & canonice fuisse electum. Quo fit, ut qui obedientiam denegaret Clementi aut Leoni hac ratione, scilicet quod dicit eum non fuisse recte electum, etsi schismaticus dicendus sit, non tamen hæreticus censendus, cum per hoc nulli veritati catholice obviet. Non enim ad fidem catholicam spectant ea quæ ex facto nunc pendunt, sed ea quæ ex jure. Alioquin si ad fidem catholicam pertinerent, fieri oporteret necessario, ut Ecclesia aliquando in fide deciperetur, quod nullus sanæ mentis unquam admitteret. Non est ergo aliquis hæreticus censendus, nisi errorem in fide suscipiat. Quapropter hæreticorum fautores & defensores, etsi aliquando hæretici nominentur, si tamen solas personas defendunt, & non errores, non sunt hæretici censendi, pænis

ta-



rum tuum huc, & vide manus meas: & adfer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Ecce hic Dominus impingit Thomæ incredulitatem & infidelitatem ob dubitationem quam de resurrectione ejus habuit. Quod autem Thomas dubiaverit, testatur Gregorius in Homilia hujus lectionis, dicens: „ Numquid „ casu gestum creditis, ut electus ille discipulus tunc „ deesset, post autem veniens audiret, audiens dubitans „ ret, dubitans palparet, palpans crederet? Non hoc ca- „ su, sed divina dispensatione gestum est. Egredietur namque „ miro ordine superna clementia, ut discipulus dubitans „ dum in magistro suo vulnera palparet carnis, in nobis „ vulnera sanaret infidelitatis. „ Hæc Gregorius. Et Cyrillus exponens eundem locum, libro scilicet 12. Capite vero Commentariorum suorum. 59. sic ait: „ Præ gau- „ dio autem magis quam infirmitate mentis dubitasse Tho- „ mam diximus, quoniam & de aliis dixisse Lucam Cap. „ 14. non ignoramus. Adhuc autem illis non credenti- „ bus, & mirantibus præ gaudio. Verum cum visus om- „ nem dubitationis causam tollat, recte Thomas statim „ clamavit: Dominus meus & Deus meus. „ Hæc Cyril. Vides jam Thomam dubitantem, quem obeam solam cau- „ sam dominus incredulum appellat. Præterea cum Petrus ex præcepto Christi super aquas ad eum iret, cæpisse que mergi, auxiliumque imploraret divinum, dictum est ei a domino: (Matth. 14.) Modica fidei quare dubitasti? Quod exponens Theophylactus, ait: „ Non omnino autem da- „ bitabat Petrus, sed secundum quid, hoc est, ex parte: „ nam juxta id quod dubitavit, incredulus fuit, juxta „ id autem quod clamavit: Domine serva me, curavit „ incredulitatem: ideo parvæ fidei dicitur, non incredu- „ lus. „ Hæc ille. Et Paulus in epistola ad Romanos (cap. 4.) commendans eis fidem Abraham, ait: In reprobatione etiam Dei non hesitavit dissidentia, sed confortatus est fide. Ex quibus verbis manifestissime ostendit Paulus eum qui hæsitat, minime fidem habere. Rursum Theophylactus exponens illud ad Roman. 1. Justitia Dei in eo revelatur ex fide, sic ait: „ Cum enim ea quibus à Deo donati su- „ mus, mortales nequeant cogitatione complecti, meri- „ to nobis est fides hæc necessaria: quam si icurari hæsi- „ tando ceperimus, omnium procul dubio patiemur jae- „ turam. „ Hæc ille. Prore ergo tam clara hæc sufficiat adduxisse testimonia. Sunt tamen hæc quæ diximus, ad eum solum referenda, qui pertinaciam dubitat, quomodo superius diximus de eo qui pertinaciter dissentit. Nam si quis dubitat aut ex infirmitate quadam, velut contingit in primis mortibus, & in his qui à natura non habent ut sint in qualibet re accipites, & assiduis urgeantur scrupulis: aut si dubitat ex ignorantia, quia scilicet nescit tale aliquid pertinere ad fidem catholicam: paratus tamen utroque eventu absque ulla hæsitatione assentire, cum fuerit ab Ecclesia monitus aut edoctus, non erit talis dicendus hæreticus, ac ideo nec excommunicati- „ oni, nec cæteris penis canonicis erit subjectus. Quod si B hæreticus dubitat, ut Ecclesie docentii nollet assentire, jam hæreticus est duplici ratione: & quia dubitat de his quibus integram fidem & firmam præstare tenebatur, & quia Ecclesie momenti non credit: nam ex hoc suspicio oritur, eum opinari de Ecclesia quod possit errare in fide: quod impium est. Verum hic admonendum censui, quod quamvis non liceat alicui de rebus quæ ad fidem spectant, dubitare, licebit tamen de earum intelligen- „ tia dubitare. Sæpissime enim contingit, ut viri, quan- „ tumlibet docti & pii, circa plures sacræ scripturæ locos

hæreant, dubitantes scilicet quidnam sub illo verborum involuacro lateat cum tamen firmissime credat verum esse quicquid verbis illis Deus nobis insinuare voluit. Certissime enim & absque ulla hæsitatione credunt sensum illius literæ verum esse: quis autem sit verus literæ sensus, merito dubitant. Ad hunc modum Virgo Deipara est annuntians Angelo futurum conceptum credit, modum tamen quo id fieri possit, petit, & de eo dubitans, interrogat: (Lucæ 1.) Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Illa siquidem Virginis aut quæstio, aut dubitatio nihil de ejus integritate fide minuit. Unde beatus Ambrosius, exponens illud, ait: „ Quo ergo mo- „ do fieri possit ut Zacharias, qui non crederat, silentio „ condemnaretur? Maria autem si non credidisset, Spiritus Sancti infusione exaltaretur? Sed neque non credere „ Mariam, neque tam temere debuit usurpare, non crede- „ re Angelo, usurpare divina. Neque enim facile erat „ scire mysterium absconditum à sæculis in domino, quod „ nec superiores potestates scire poterunt: & tamen non „ fidem tenuit, non officium resaravit, sed accommoda- „ vit affectum, spondit obsequium. Etenim quum di- „ cit, quomodo fiet istud, non de effectu dubitavit, sed „ qualitatem ipsius quæsit effectus. Quanto tempera- „ tior ista responsio, quam verba sunt sacerdotis? Hæc „ ait: Quomodo fiet istud? Ille respondit: Unde hoc sciam? „ Hæc jam de negotio tractat: ille adhuc de iudicio du- „ bitat. Negat ille se credere qui negat scire, & quasi si- „ de adhuc alium quærit auctorem. Ista se facere pro- „ tetur, nec dubitat esse faciendum, quod quomodo fie- „ ri possit inquirat. „ Hæc Ambrosius. Ad hunc etiam mo- „ dum interpretandæ sunt illæ scholasticorum Theologo- „ rum assiduas quæstiones, quibus quærent, an Deus sit „ unus: nam pluralitas illa personarum possit consistere uni- „ tati essentia: utrum Spiritus Sanctus procedat à Patre & „ Filio. Non quod ita esse dubitent, sed ut modum, quo „ id esse possit, ostendant: de quo modo non video quin „ aliquis citra hæresin notam possit dubitare, modo id esse „ credat, sicut Virgo Deipara de modo quo Deum concep- „ tura erat, dubitavit. Quærent etiam illa, & quæstiones „ sciant, ut exercentur velut in palæstra, ut promptiores „ postea inveniantur ad hæreticos debellandos, ut parati si- „ licet sint reddere rationem de ea quæ in illis est fide. Ali- „ ter enim quærit Arrius, an filius sit patri per omnia æqua- „ lis, aliter quærit Thomas vel Scotus, aut alii Catholici. „ Ille namque quærit, quia non credit filium æqualem pa- „ tri, quærit ut pervertat. Hi vero quærent ut conver- „ tant, quærent ut viam inveniant quæ Arrianorum tech- „ nas evadere possint, quærent ut ad veram fidei cognitio- „ nem perveniant. Hoc autem ita fieri admonet beatus „ Cyrillus, tanum abest ut prohibeat. Is enim lib. 4. super „ Joannem cap. 13. sic ait: „ Probus auditor ac sapiens, „ quæ intellexit, nulla intelligentia remoratus, mentis ea „ thesauro statim commendabit. Si qua veror ardua viden- „ tur, sæpe ac multum investigans atque interrogans, „ tandem assequitur, venaticus apprimè canes imitatur, „ que huc atque illuc percurrunt feras quærentes. Sic „ affectum esse sapientem propheticus quoque sermo de- „ notat, dicens: (Esa. 28.) Cernens quare, & apud „ me habita: Quærendum enim ita semper est, ut apud „ eum habitemus, & ad alienas sententias non defera- „ mur. „ Hæc Cyrillus. Vides hic qualiter quærent ad- „ monet, verum hoc sine, ut dicant, ut veram fidem ha- „ beant, ut non seduquantur, & ad alienas à Deo sententias „ deferantur. Hæretici quærentes sunt velut Nicodemus

dicens, Joannis tertio: Quomodo hæc fieri possunt? & Judæi Capernaïtæ discipuli Domini dicentes (Joann. 6.) Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducan- „ dum? Hi quærent quia non credunt: quod patet, quia „ abierunt retroscam. Catholici quærentes quærent, velut „ virgo gloriosa, quæ credens quærit, ut doceatur. Hæc „ ideo in medium ducere decrevi, quod video quosdam si- „ ne causa hoc scholasticis doctoribus impingere, quod ta- „ lia quærent, in quibus hæsitare impium sit, ac si quocien- „ cumque proponant aliquid per utrum, credendum sit eos „ in ea re dubitare, natantemque fidem habere. Abit. „ Non attendunt, quod licet effectum credant, de qualita- „ te effectus, & de modo quo id fiat, merito dubitare pos- „ sunt. Dubius ergo in his quæ ad catholicam fidem spec- „ tant, hæreticus censendus est, modo perinaciter animo du- „ bitet, ut Ecclesia etiam monente & docente, dubitare non „ desinat. Alioqui si citra pertinaciam id faciat, hæreticus „ minime dicitur: si quum etiam si illo modo dissentiret, ne- „ quaquam vere hæreticus appellari possit.

CAPUT XI.

De quibusdam causis ex quibus hæreses oriuntur.

UT facilis hæresibus obviari possit, ne (sicut dicit „ Apostolus) ut cancer serpent, causas & radices à „ quibus oriuntur, ostendere decrevi, ut illis sublati cito „ hæreses submoverentur. Ad incoluntatem siquidem re- „ cuperandam is primus est gradus, cognoscere scilicet cau- „ sam à qua orta est mala valetudo, quoniam ut medici di- „ cunt, difficillius illis morbis mederi possumus, quorum „ cause latentes sunt: his autem quorum causa patet, est „ graves admodum morbi sint, facillius potest occurrere. „ Prima omnium hæresum radix est illa quam Augustinus dicit esse „ omnium malorum unicum radicem: immo dicunt scilicet „ amor sui. Nam hic, Augustinus teste, edificavit civitatem „ diaboli. Et Apostolus id clarissime in 2. ad Timoth. epistola „ cap. 3. exprimit dicens: Hoc autem scito, quia in no- „ vissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homi- „ nes seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemæ, pa- „ trantibus non obedientes, ingrati, seculisti sine affectione, sine „ pace, criminales, incontinentes, immites, sine benignitate, „ proditores, protervi, tumidi, & voluptuosi amatores mag- „ nis quam Dei, habentes speciem quidam pietatis, virtutem „ autem ejus a negantes, &c. Cum enim ibi Apostolus ma- „ lorum chiliadum enumerare vellet, amorem sui ante om- „ nia præmisit, vel hoc argumento ostensus cæterorum „ esse causam. Sic enim Theophylactus locum illum, scilicet „ seipsos amantes, exponens ait: „ Statim malorum „ omnium causam produxit in medium, quod suis quis- „ que magis prospiciat quam proximi commodis. Et nam- „ que, que qui ipsius dumtaxat trahitur charitate, accidit „ sæpe ut nec ipse se amet. Et exponens illud verbum, „ cupidi, ait: Quum malorum explicasset rationem, & „ ramos sigillatim enumerat. „ Hæc ille. Ex hoc immodi- „ co sui affectu oritur, ut sui semper sibi placeant, pro- „ priis inventis delectentur, inde nascitur obstinatio & „ pertinacia, quæ portæ sunt latissimæ ad hæresim inducen- „ dam. Præter hanc principem omnium malorum radicem „ est alia peculiaris, omnibus tamen hæresibus communis, „ gloriæ scilicet cupiditas. Hoc enim est hæreticis omni- „ bus genuinum, ut gloriam popularem captent, cupiant „ que ab omnibus pro doctissimis haberi. At quum via re- „ gia gradientes hoc assidue nequeant, devia quæque requi- „ rant ut ad scopum perveniant. Hoc ait Gregorius expo- „ nens illud Job 6. Respondere quæso absque contentione. Ne- „ que enim, inquit ille, hæretici inquisitionibus suis ve- „ ritatem conantur assequi, sed victores videri. Cumque „ se foris ostendi sapientes appetant, intus per stultitiam „ elationis suæ vinculis ligantur. Unde fit ut contentio- „ num certamina exquirant, & de Deo (qui pax nostra est) „ loqui pacifice nesciant, atque ex pacis negotio rixæ in- „ ventores fiant, quibus bene per Paulum dicitur: (1. „ Cor. 11.) Si quis autem videtur esse contentiosus, nos ta- „ lem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. „ Hæc Gregorius. Ex hac gloriæ cupiditate proxime orit- „ tur pertinacia nunquam flexibilis, adeo etiam, ut quum „ in certamine succubuerit, cedere tamen nolit. Malunt „ enim cujuscumque doctrinæ everisionem, quam fateri se „ victos, ne hac videlicet occasione vel minima pars quam „ captant, deperat. Ut autem non videantur populo in „ certamine succubuisse, apud quem & non apud Deum „ gloriam habere volunt, nihil intentatum relinquunt, adeo „ ut etiam ipsas sacras scripturas, quas suis assertionibus „ aperte repugnare cognoscunt, pervertant, deturpent, & „ mancas faciant: non tantum in alienum sensum detor- „ quentes, sed radentes ex eis ad quod propter clarissimum „ testimonium nullam pariter adulterinam expositionem. „ Hoc expresse asserit Eusebius Cæsariensis ecclesie quondam „ Aclepidorum, Theodorum, Apollonidem, Hermophy- „ lum, Artemonidas, Sic enim ait: Sed hæc faciunt, quia „ nec vicini facti sunt fidei. Propterea & divinas scriptu- „ ras absque ullo timore contempserunt, & corruptentes eas „ emendare se dicunt, &c. Et idem de Nestorianis dicit „ Theophylactus, exponens illud ad Hebræos secundo: Ut „ gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Sic enim ait: „ Nestoriani vero scripturam hanc Pauli depravantes, non „ non gratia Dei dicunt, sed sine Deo, id est, sine divi- „ nitate pro omnibus mortem gustaret: ut quod ipsi pes- „ sine sentiant, Christo scilicet cruci affixo divinitatem „ astruant non adfuisse, utpote quæ non substantialiter „ illi inesset, sed affectione quadam unita. „ Hæc Theo- „ phylactus. Cum ergo ad hoc devenit sit, ut illud so- „ lum habeant asylum, scripturas radere quibus convin- „ cendi erant, vel hoc argumento convincitur, propriam „ eorum conscientiam adversus eos pugnare, aperteque „ cognoscere sacram scripturam illis esse contrariam. Nam si „ non deprehenderent repugnantiam scripturarum manifes- „ tam, nunquam scripturas raderent, quas aliquo pacto in „ suum sensum trahere possent. Quare ergo non fatentur ve- „ ritatem? Quare non cantant palinodiam cum scripturam „ deprehenderint quæ ad hoc faciendum eos cogat? Nil „ certe obstat, nisi illa quam diximus gloriæ cupiditas: Di- „ cunt enim apud semetipsos illud Pauli: (Galat. 2.) Si „ enim quæ destruxi, iterum hæc edifico, prævaricatorem „ meipsum constituo. Quæ si dici possent in eos qui respicen- „ tes veritatem, quam prius oppugnabant, prædicant, in „ ipsum Paulum primitus dicerentur, in quo Ecclesie „ Christi magnificabant Deum, audientes quod evangeliza- „ ret fidem quam aliquando vastabat. Non enim possibile „ est ut ab errore ad veritatem, aut à gravi peccato ad gra- „ tiam sine poenitentia transeat: quam qui facere erubescit, „ hoc agit, ut dum erubescit corrigere errorem, non „ erubescat permanere in errore: quod magis erubescendum „ erat. De quo optime dicitur per Ecclesiasticum cap. 4. „ Est confusio adducens peccatum, & est confusio adducens glo- „ riam. Confusio adducit peccatum, cum erubescit quisque „ pravam mutare sententiam, ne aut inconfians putetur, „ aut



tamen canonicis subiacent.

Tertio, ut quis vere dici possit hæreticus (juxta quorundam opinionem) requiritur, ut non profus totam deserat fidem catholicam, sed aliquam dumtaxat, aut aliquos illius articulos. Nam si univèrsam fidem deserat, dicunt illum non hæreticum, sed apostatam esse appellandum. Hanc sententiam docet Guido Carmelita in sua summa de hæresibus, quod hæreticum ab apostata hæc ratione discernit, quod hæreticus aliquem particularem fidei articulum deserit, apostata vero toti fidei catholice contradicit. Eandem tueretur opinionem Joannes de Turre Cremata, in summa Ecclesie lib. 4. part. 2. cap. 13. Idem docet Sylvester de Prierio in sua summa, in dictione, hæreticus. Et ego aliquando ita sensi, atque ita in prima hujus operis editione docueram. Nam istorum Doctorum vestigia secutus in eadem in quam illi cecidi foream. Nunc igitur profundius (ut opus erat) rem contemplantus, deprehendi clarissime illos & me errasse. Non est enim rationi consentaneum, ut hæreticus hæreses augendo, deserat esse hæreticus. Quis sanæ mentis dicit hominem album, per albedinis additionem definire esse album: Si albedo reddat hominem album, necessarium est ut quo plus habuerit albedinis, eo albius fiat: tantum abest ut albus tunc definire esse possit. Si ob unam tantum rem furto sublatam, aliquis dicitur fur & latro, qui omnes aliorum possessiones furto surripuerit, multo justius censetur latro. Ad eundem modum de hæretico mihi necessario dicendum videtur, ut si articulus unus fidei desertus sufficit illius desertorem reddere hæreticum, articuli omnes fidei deserti efficiant illorum desertorem, non solum hæreticum, sed hæreticissimum. Apostata igitur non est aliquid ab hæretico sic separatum, ut idem non possit esse apostata & hæreticus, prout præfati Doctores sentire videntur, sed apostata nomen est velut species quendam infidelitatis sub hæretici nomine contenta. Omnis itaque apostata est hæreticus, non tamen econtrario omnis hæreticus est apostata. Et hanc sententiam docet B. Thomas, qui in secunda secundæ, quæst. 10. art. 5. solas tres dicit esse infidelitatis species, videlicet, Paganos, Judæos, & Hæreticos, & sub hæreticorum nomine contineri dicit, quotquot à fide catholica quam semel susceperunt, quomodolibet recedunt. Et expressius id docet eodem lib. q. 12. art. 1. in responsione ad tertium, ubi dicit quod apostasia non improbat aliquam speciem infidelitatis, sed quamdam circumstantiam aggravantem. Eidem sententiæ subscribit Guillelmus Ocham prima parte suorum dialogorum lib. 4. cap. 12.

Quod consummatum facit hæreticum, est, si errori adjungas pertinaciam. August. contra Manichæos: „Qui in Ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque quid sapiunt, si correcti ut sanam rectumque sapiant, resistunt, contumaciter, suaque pestifera & mortifera dogmata emendare nolunt, sed defendere perstant, hæretici sunt.“ Hæc August. Sæpenumero enim fit, ut quod semel utcumque prodiderit definiendi temeritas, confirmet, imo augeat tuendi pertinacia. Quapropter optime de hæreticis dici potest id quod Dominus per Eze. Prophetam (Cap. 2.) dicit: *Patres eorum prævaricati sunt pactum meum usque in diem hanc, & filii dura cervicis & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te.* Tanta est enim hæreticorum pertinacia, ut sæpe non dubitent caput opponere gladio, ne à suo errore discedant: quibus bene illud Pauli (1. Cor. 13.) convenit: *Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*

Pertinacia sublatam quantumlibet quis erret, non est dicendus hæreticus. Unde Augustinus in epist. ad Glorium & Bleusum, quæ est in volumine ejus epistolarum 162. „Qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam, nulla pertinaciam animositate defendunt, præsertim quam non audacia suæ præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errore lapsis parentibus acceperint, quæ sunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.“ Hæc ille. Si enim aliquis idiota qui apud se firma voluntate decerneret eam fidem amplecti semper quam ei sancta mater Ecclesia insinuabit, audiret prædicatorem qui simplici animo afficeret, dicentem Spiritum Sanctum procedere à Patre, non tamen à Filio, & ei assentiret, non ideo hæreticus censendus est, quia etsi erret, non tamen ex malicia, cum paratus sit Ecclesie monenti obedire. Ideo enim prædicatori credit, quia arbitrat prædicatorem ea dicere quæ à Catholica Ecclesia approbantur, non crediturus si aliqua ex parte illi innoveret prædicatorem à vera fide deviasse. Unde Aug. in lib. de baptis. contra Donatum. „Si aliquis hoc idem sentiat, de Christo quod Fotinus opinatus est, & in Ecclesia Catholica baptizatur, & hoc credit esse fidem catholicam, nondum dico esse hæreticum, nisi manifesta doctrina catholica fidei resistere maluerit, & illud quod tenebat, elegerit.“ Hæc ille. Immo non solum hæreticus non est, sed ne in hoc peccat, ignorantia eum excusante, quoniam sicur nesciebat, ita nec scire tenebatur. Non enim omnes æqua lege tenentur ad credendum. Plebi indoctæ satis est eos fidei articulos tenere, qui in Apostolorum symbolo explicantur, paratæ suscipere reliqua quæ ei Ecclesia credenda obtulerit. At non idem est prælati & prædicatoribus, quos ignorantia non excusat, eo quod tenentur scire ea quæ ad officium suum pertinent, ut nihil prædicent quod non sit eis perfecte exploratum, ideoque peccant si ignorant. Si tamen parati sunt corrigi cum Ecclesia aliud docerit, quamvis peccant ignorantes quæ debent scire, non tamen hæretici sunt censendi magis, quam indoctum vulgus, eo quod pertinaces non sunt. Pertinacem dicimus eum qui adeo tenaciter propria adheret sententiæ, ut Ecclesie quantumlibet monenti paratus sit resistere. Quæ pertinacia etiam in his quæ ambigua sunt, & ubi adhuc Ecclesia nihil definit, tam perversa est, ut ea sola sufficiat hominem hæreticum reddere. Si quis enim credat ignem inferni esse similem aut dissimilem huic quem apud nos hic cremamus, non censetur hæreticus, eo quod his est adhuc sub judice.

Quod si alteram partem tali animo amplectatur, ut quamvis Ecclesia oppositam definiat, sit paratus adversus Ecclesie censuram partem suam tueri, hæreticus censendus est: non quia hanc aut illam sententiam tueretur, quæ forte vera est, sed propter pertinaciam adjunctam, quæ hoc efficit, ut quoniam paratus est Ecclesie aliud docenti resistere, eo ipso credit Ecclesiam errare posse: quod hæreticum est. Cæterum circa ea quæ expressa sunt, & extra omnem controversiam deducta, quæ scilicet per Ecclesiam semel definita sunt, hæc erit regula tenenda. Qui in his expressis & semel definitis repugnat & contradicit, etiam si dicat se paratum corrigi per Ecclesiam aut per Concilium, hæreticus censendus est: quoniam eo ipso quod Ecclesie definitioni cognita contradicit, pertinax est. Nam etsi dicat se paratum corrigi, non tamen est ita. Qui enim fit, ut quis sit paratus corrigi ab eo quem tunc manifeste oppugnat? Atque ideo Ecclesia non consuevit, quæ

quæ semel definita sunt, iterum in questionem vertere. Quapropter qui Ecclesiam definisse audit, obtemperare debet. Quod si repugnat, perinax merito censetur, atque ideo hæreticus. Unde Gelasius Papa: (24. q. 1.) Majores nostri divina inspiratione cernentes, necessario præcaverunt, ut quod contra unamquamque hæresim coacta semel Synodus pro fidei communionem & veritate catholica & apostolica promulgasset, non sineret novis post hæc retractationibus mutari, ne pravus occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerunt adusta, pulsandi: sed auctore cujuslibet insanæ, ac pariter errore damnato, sufficere judicaverunt, ut quisquis aliquando hujus erroris communicator existeret, principali sententia damnationis ejus effect obstrictus. Sic Sabellium damnavit Synodus, nec fuit necesse ut ejus sectatores postea damnarentur, sed pro tenore constitutionis antiquæ, qui vel pravitas illius, vel communionis exiterant participes, universalis Ecclesia duxit esse refutandos. Sic Arrium, sic Eunomium, Macedonium, Nestorium, Synodus semel gesta condemnans, ulterius ad nova Concilia venire non sinit. Hæc ille. Et Felix Papa: Achatius non fuit novi vel proprii inventor erroris, ut in eum nova scita prodiret, sed alieno facinori suam communionem miscuit. Itaque necesse est ut in illum recideret justa lance sententiam, quam cum suis successoribus per convivendum synodalem susceperat auctor erroris. Hæc ille. Et Leo Papa epist. 12. scribens Martino Augusto de his quæ in Concilio Chalcedonensi tractanda erant, sic ait: Per dominum nostrum Jesum Christum qui regni vestri est Auctor & rector, obtestor & obsecro clementiam vestram, ut in præfati Synodo fidem quam beati Patres nostri ab Apostolis sibi traditam prædicaverunt, non patiamini quasi dubiam retractari: & quæ olim majorum sunt auctoritate damnata, redi-vivis non permittatis conatibus excitari. Hæc Leo Papa: Et epist. 52. eadem scribit Leoni Augusto. Taceat ergo Lutherus, & erubescat Concilii definitionem petere in rebus quæ per multa Concilia definita sunt. Nam cum consistet ejus erroris ex officinis proditiisse Arriorum, Lamberiorum, Valdensium, Viclephistarum, Hussitarum, quos plura Concilia damnaverunt, quis novas definitiones petit, ubi tot habentur antiquæ? Scit tamen callidus serpens quid agat. Nam quia difficile sperabat his temporibus propter simulatas ingruentes Concilium congregari posse, ad Concilium appellat: cui, si congregaretur, minime obtemperaturus esset. Ex hoc fuisse vatum illius consilium, ipse reiecit postea apertissime declaravit. Nam Carolus Cæsar hujus nominis quintus, videns Lutherum ad Concilium appellasse, & inde sperans congregato generali Concilio Lutherum statim celsurum, anxia sollicitudine egit apud summum Pontificem, ut generale celebraret Concilium ad sedandos hæreticorum tumultus, & pacem Ecclesie reddendam. At Lutherus hoc perspicens, & timens se à generali Concilio fore dampnandum, continuo post cepit libellis editis Concilio generali detrahere, dicens illud posse errare, ac proinde protestari se nunquam Concilii definitioni obtemperaturum. Quibus verbis palam ostendit hac sola ratione ad Concilium appellasse, quia credidit illud minime congregari posse. Ecce quanta fuit Lutheri in sua sententia pertinacia, ut totius generalis Concilii definitioni nunquam obedire decreverit. Nec mirum quod sic tenaciter suo erri adheret, quoniam, ut ait sapiens: (Proverb. 9.) *Aqua furtivæ dulcior est.* Nonne aquæ furtivæ sunt hæreticorum placita atque errores? Sic enim alibi dicitur: (Pro-

Tom. I.

verb. 18.) *Aqua profunda, sapientia in corde viri.* Sed hæc furtiva est, cum sacra scripturæ auctoritate utitur contra intentionem & voluntatem Sancti Spiritus, ejusdem scripturæ auctoris. Sed hæc, quoniam furtivæ, dulcius eis sapiunt, quam si ab aliis mendicantur, atque ideo tenacius eis adherent. Quilibet enim propriis magis delectatur inventis quam alienis. Hæc ergo de causa movebat Jacobus Apostolus, dicens: (Cap. 1.) *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo; quasi diceret: Si ab alio quam à Deo cupit, furtive habebit, quoniam omnis sapientia à domino Deo est, & cum ipso fuit ante ævum.*

## C A P U T X.

Quod dubius in fide, dicendus sit hæreticus.

De eo qui pertinaci animo suum errorem tueretur proximo capite differimus. Superest ut de eo differamus qui nulli errori adheret, sed tantum in fide hæsitat, ita quod anceps est & dubius ad quam partem se vertat, an talis merito dici debeat hæreticus. Cui questionem facile responderetur, si prius attendatur qualem oporteat esse fidem, ut fides merito dici possit. Ut enim aliquid fides vere appelletur, certitudinem exitum & firmitatem in eo qui eam tenet? Alioquin si certitudo aut firmitas abest, & scrupulus aliquis urget, ea non fides, sed opinio aut dubitatio censetur. Hæc enim sola ratione fides separatur ab opinione, quod qui credit, tenaciter adheret: à nullo impellitur ut eum in oppositam partem deflectere valeat. Qui autem opinatur, sic accedit suæ sententiæ, ut aliquantulum hæsitet, & mobili intellectu assentiat. Quærit, ut fides & opinio minime in unum coire possint: multo ergo difficilius coibunt fides & dubitatio, quum hæc magis pugnent inter se. Ideo Apost. Jacob. ait: *Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento movetur, & circumfertur. Non ergo existimet homo ille, quod aliquid accipiat à domino. Colligitur ergo manifeste, eum qui dubitat, minime credere. At in his quibus oportet captivare intellectum in obsequium Christi, nolle captivari ut credat, est aperte pugnant adversus fidem. Eum autem qui aperto Marte fidei repugnat, proximo capite ostendimus esse hæreticum. Hæreticus ergo dicendus est, quisquis dubitat ea quæ ad fidem spectant. Unde Steph. Papa ait: Dubius est in fide, infidelis est. Huic accedit, quod omnis in fide dubitans, errat. At cum proximo capite ostenderimus omnem qui pertinaciter errat in fide, hæreticum esse dicendum: convincitur, ergo manifeste ut omnis qui in fide dubitat, hæreticus etiam dicatur. Quod in fide dubitans erret, testimonio Augustini probatur, qui in Enchiridii cap. 17. sic ait: „Errare est approbare habere pro veris, aut improbare vera pro falsis, aut habere incerta pro certis.“ Hæc ille. Eadem ferme verba repetit cap. 19. Ea quæ ad fidem pertinent, certissima sunt. Quum autem illa quæ dubitantur, pro incertis teneantur, colligitur inde, eum qui in rebus fidei dubitat, errare: omnis autem pertinaciter in fide errans, hæreticus est: omnis ergo in fide dubitans, pari modo hæreticus censendus erit. Hoc etiam pluribus scripturæ testimoniis comprobatur. Nam post resurrectionem cum dominus apparuisset discipulis, tempore quo Thomas ibidem non erat, quam ob causam cum credere idem Thomas noluisse, nisi prius missis manibus in fixas clavos, post dies octo Dominus omnibus undecim apprensus, dixit Thomæ: (Joann. 20.) *Infer digi-*

H

tum



aut diu errasse, se iudice, teneatur. Confusio autem adducit gratiam, cum erubescens de proprio errore, penitendo ad lumen veritatis se transfert. Ideo Apostolus volens Philippensibus persuadere veram fidei unitatem, primum quod eis suggerit, est ut ab omni inani gloria fugiant, quod hæc plurimum veræ fidei possit obesse. Sic enim ait: (Philip. 2.) *Unanimes idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per inanem gloriam.* Unde Aug. in lib. de utilitate credendi: „Hæreticus est qui pro alicujus temporalis commodi & maxime gloriæ principatusque sui gratia, falsas ac novas opiniones gignit vel sequitur.“ Hæc ille. Quibus verbis August. magis hæresis causam quam definitionem explicat. Nam qui cupidus est gloriæ, quid pro hac assequenda facere non audebit? Ad illam metam omnes gressus dirigit, ad hoc loquitur, pro hac re scribit, hæc de causa contentionem excitat. Quod si jam alia non patet via ut videatur, ut digito monstratur, ut vocetur ab hominibus Rabbi, novam oportet constringat doctrinam, ut rei novitate alios in admonitionem trahat. Qua de causa videntur mihi hæretici similes illi, eo quod obcurus esset, nec potens ut rebus magnifice gestis memoriam sui posteris relinqueret, peisimo facinore clarum se futurum speravit: atque ideo templum Dianæ Ephesinæ, mirabili officio extractum igni succendere tentavit, quod & fecit. Sunt enim sæpissime majores hominibus vires ad vitium, quam ad virtutem. Sic enim hæreticis contingit, qui cum in vera fidei regula manentes obscuri fuissent omnino, Ecclesiam Dei, invadere, & igni succendere non erubescunt, ut inde clarissimi evadant. Qua de causa iustum est ut eisdem penas luant, quas adversus illum clarissimum facinorosum fuisse decretas historici produunt: ne scilicet scriptor qui illud facinoris memorie commendaret, ullam de homine illo faceret mentionem, nomenque illius nulli memorie mandaretur. Sicque venit ut in eo puniretur, quod ei peccati materiam suggereretur. Hoc etiam modo Ecclesia spiritu Dei afflata disponit ut hæreticorum libri igni comburendi tradantur. Iustum est enim ut eam gloriam inanem quæ tanti facinoris genitrix & parens esse dignoscitur, libris combustis deperdat: nec sit unquam qui eorum libros legat, ut eis neglectis, non sit à quo gloriam captare possint, quam unice cupiebant. Ideo de eis dici potest illud Pauli ad Roman. *Evanescent in cogitationibus suis.* Verum obstabit aliquis hanc pœnam minime esse infligendam, hæc ratione, quod illa punitio magis obest fidelibus qui libris hæreticorum carent: in quibus etsi sint aliqua errata, sunt tamen alia multa egregie dicta, quæ vix apud alios fideles reperiantur, quibus injustum esset carere. Cui respondemus, quod timendum est, ne amore eorum quæ hæretici bene dicunt, allecti lectores, in subscriptionem trahantur cæterorum perverse dictorum. Quapropter Ecclesia à Spiritu Sancto edocta satius existimat utroque carere, quam utrumque glutire. Sic etiam legimus apud Lucam, quod cum demonia à corporibus hominum Christi virtute ejecta clamarent & dicerent: (Luc. 4.) *Quia tu es filius Dei, Christus increpans non sinebat ea loqui.* Nonne vera dicebant? Ut quid ergo prohibet? Certe ne hac occasione iterum eis falsa dicentibus crederetur. Sic enim ait Beda: „Quare autem demonia dominus de se loqui prohibeat, Psalmista manifestat, qui ait: *Peccatori autem dixit Deus: (Psalm. 49.) Quare tu enarras iustitias meas per os tuum? ne quis dum prædicantem audit, sequatur errorem.* Improbus enim magister est, diabolus, qui falsa veris sæpe permiscet, ut specie ve-

ritatis testimonium fraudis obtexat.“ Hæc Beda. Si ergo dominus illa occasione prohibet demonia clamantia, quid obstat ut Ecclesia demoniorum progeniem prohibeat scribere? Nonne æque scripturæ possunt obesse ut voces? immo multo magis. Nam etsi verbum efficacius sit, tamen quam evolaverit, revocare nequis: scriptura vero per multa sæcula durat, atque ideo pluribus aut obesse aut prodesse potest. Iuste ergo Hæreticorum scripturas vetat, & discerpit si haberi possint, sicut Christus illorum verba prohibuit, etsi vera erant quæ ab illis dicebantur. Ita etiam hæretici etsi multa verâ & subtilia disserant, tamen falsa admixta aliis veris fidem derogant. Unde Gregor. lib. 5. moralium exponens illud Job cap. 3. *Et venit super me indignatio, sic ait: „habent quippe hoc hæretici proprium, ut malis bona permisceant, quatenus facile sensui audientis illudant. Si enim semper prava dicerent, citius in sua pravitate cogniti, quod vellent minime persuaderent. Rursum si semper recta sentirent, profecto hæretici non fuissent. Sed dum fallendi artes ad utraque deseruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonis mala ut recipiantur, abscondunt: sicut qui veneni poculum porrigit, ora poculi dulcedine mellis tingit, dumque hoc quod dulce est, primo tactu delibatur, etiam illud quod est mortiferum, indubitanter absorbetur. Itaque hæretici permiscet recita perveris, ut offendendo bona, auditores ad se trahant, & exhibendo, mala latent eos peste corrumpant.“* Hactenus Gregor. Prudenter ergo Ecclesia timens hæreticorum libros prohibet, ne id eveniat quod Sapiens ait (Eccles. 13.) *Qui tetigerit piscem inquinabitur ab ea.* Quod si aliqua forte sunt quæ subtili indagine apud eos digesta reperiantur, ea satius erit ab aliis orthodoxis requirere, quam ab hæreticis. Quod si adhuc talia sunt, ut apud neminem orthodoxum inveniantur (quod vix credam) ea tamen semper mihi erunt suspecta, quod à tali homine, scilicet hæretico dicta. Sic enim refert Diogenes Laertius in lib. de vitis Philosophorum, quod cum ab Aristotele, percontaretur quippiam, quam mercedem haberet mendax, respondisse eundem ait: *Ut cum vera, inquit, dicat, nulla ei præstetur fides.* Cum ergo hæreticus semel aut iterum in hæresi deprehendatur, qui sit, ut postmodum fidatur ei: Non est ergo æquum ut sacræ scripturæ expositionem ab hæreticis recipiamus, cum eam alius contemnerasse comperimus. Non auderes cibum corporeum sumere ex illius manu qui semel aut iterum venenum propinaverit, & vis doctrinam fidei ab hæreticis fumere, qui toties dogmata venenosa miscuerunt? Nullus unquam ab inimico suo aut domini sui cibum recipit, nullum miles ab hostibus regis stipendium captat, nisi plane defector & transfuga. Mulier illa apud Lucam cap. 15. dragmam quaerens, intra domum quaerit, non extra. Sic etiam intra Ecclesiam quaerendum est si quid invenire cupis quod ad veram fidem pertineat. Qui panes petit apud Lucam, vicini januam pulsant, non alicujus extranei. A vero Christiano quaerenda est vera doctrina. Vicini siquidem omnes Christiani sunt, intra unam eandemque civitatem commorantes. Ab hæreticis autem, quod extranei sunt, nihil petendum. Si cum his (ut dicit Paulus 1. Cor. 5.) non licet nec cibum sumere, multo minus licebit ab eis cibum petere. Adde quod hæretici non habent sacras litteras interpretandi, nec ad eos quovis pacto spectat de eis disserere. Nam cum filii non sint quibus hæreditas in testamento legata sit, nullum prorsus habent jus inspiciendi testamenti paterni, quod sacra est scriptura.

Si

Si non erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ (ut ait Apostolus Galat. 4.) multo minus hæres alienigena cum filio liberæ. Si ancilla cum filio suo ejicienda est, scilicet synagoga, multo fortius ejicienda erit Ecclesia malignantium cum filiis suis, scilicet hæreticis. Exclusis ergo hæreticis à testamento paterno, neque etiam illi jus habebunt inspiciendi testamenti, quod est sacra scriptura. Si ergo non habent jus inspiciendi, qui sit ut habeant jus interpretandi? Nullo ergo modo ab eis licebit sacræ scripturæ interpretationem recipere, nisi aliunde haberi possit. Unde Tertullianus in libro de præscriptionibus hæreticorum, ait: „Non Christiani nullum jus capiunt Christianarum litterarum, ad quos merito dicendum est: Qui estis, quando & unde venistis? Quid in meo agris, non mei? Quo denique Marcion jure sylvam meam cædis? Quæ licentia Valentinæ fontes meos transveris? Quæ potestate Appelles limites meos commoves? Quid hic cæteri ad voluntatem vestram seminatim & pacificis? Mea est possessio, olim possideo, hæbeo origines firmas, ex ipsis actoribus quorum fuit res. Ego sum hæres Apostolorum: sicut caverunt testamentum suo, sicut fidei commiserunt, sicut adjuraverunt, ita teneo. Vos certe ex hæredaverunt semper & abdicaverunt, ut extraneos & inimicos. Unde autem extranei & inimici Apostolis hæretici, nisi ex diversitate doctrinæ, quam unusquisque de suo arbitrio adversus Apostolos aut protulit, aut recipit? Illic igitur & scripturarum & expositionum, ad alterutro deputanda est, ubi diversitas invenitur doctrinæ.“ Hæc Tertullianus. Verum quia ex occasione nobis oblata paululum digressi sumus, opus est ad primum intentum nostra revocetur oratio. Ex illa ergo pessima radice, gloriæ scilicet cupiditate, sicut oritur pertinacia, ita & iudicii fallacia, ut propter peccatum Deus permittat eos in errorem duci. Sic enim dicit Esaias cap. 6. *Excæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, ut non videant oculis, & intelligant corde.* Lumen veritatis, teste Gregorio, elatis mentibus absconditur, & omne peccatum cæcitas quædam est mentis, iuxta illud: (Sapient. 1.) *Malignitas eorum excæcavit eos.* Et alibi dicitur: (Sopho. 1.) *Ambulabant ut cæci, quia domino peccaverunt.* Et de superbiis dicitur per Apostolum ad Rom. 3. *Obscuratum est dominus iridet, dicens: Me etenim de die in diem quaerunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit.* Quibus verbis aperte dominus insinuat nec illum invenire, nec vias ejus scire posse, qui iustitiam non fecerit, aut iudicium Dei sui dereliquerit. Hoc idem apud Matthæum 12. expressius Christus dicit: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali: Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quo fit, ut vel hoc argumento persuadearum sanctis viris, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adeptique sunt tepromissiones, esse magis credendum, quam aliis etsi multo doctioribus, quorum vita non est argumentis probata: quoniam ut dicit Ecclesiasticus cap. 37. *Anima unius sancti viri enuntiat aliquando veram, magis quam septem circumpsectores qui sedent in excelso ad speculandum.* Hoc etiam argumento probatur sacræ scripturæ expositionem non esse ab hæreticis recipiendam, nisi alia via ejus interpretationem veram esse confiteri. Quod enim scimus an demeritis hæreticis exigentibus, Deus illum ibidem, ut in cæteris errare permiserit? Ut ergo non fallamur, oportet ut iuxta Jacobi cap. 1. consilium, sapientiam à domino postulemus, nihil hæsitantes in fide: deinde eos consulamus viros qui ab Ecclesia tam vita quam scientia probati sunt. Hæretici autem minime consulendi sunt,

lis suis. Propterea dicit ad domum Israel, hæc dicit dominus Deus: *Convertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab universis contaminationibus vestris avertite facies vestras: quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicumque advena fuerit in Israel, si alienus fuerit ad me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad Prophetam, ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me, & ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in proverbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis quia ego Dominus. Et Propheta quem erraverit, & locutus fuerit verbum, ego Dominus decepi Prophetam illum: & extendam manum meam super eum, & delebam eum de medio populi mei Israel: & portabunt iniquitatem suam. Juxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas Prophetæ erit.* Hæc ibi. Ex quo scripturæ loco aperte colligitur populo iniquo propter sua demerita hæreticos doctores à Deo dari, vel, ut verius dixerim, permitti. Quod forte hoc nostro tempore evenit in partibus Germaniæ ex quibus est Lutherus Propheta falsus & pseudoapostolus. Nam illorum manifesta sunt opera carnis, quorum Deus venter est, atque ita gloria eorum qui terrena sapiebant, versa est in confusionem. Quapropter evenisse oportebat quod Dominus per Prophetam minatus est, ut videlicet iuxta iniquitatem interrogantis, iniquitas Prophetæ fuisset. Quod si ab errore avocandi sunt, non patet via, nisi quam Dominus ostendit, scilicet convertantur à via sua mala, & male actorum eos poeniteat, vitamque commutent in melius, tandem si dominum oraverint ut eis veritatem ostendat; promissionem suam implebit, qui dixit: *Pœnitite & accipietis, pulsate & aperietur vobis.* Quod si tantum obest Prophetæ, peccatum interrogantis, ut causa sit deceptionis illius, quantum putas oberit peccatum ipsiusmet doctoris? Erit ergo sine ulla dubitatione causa efficacissima, ut sæpe in sacris litteris conniveat, erretque. Si ergo hæretico litteras scienti sacra scriptura offerretur, dicere deberet, nescio litteras. Verum cum gloriæ cupiditate ducatur, nunquam ignorantiam fatebitur, immo potius dicens se esse sapientem, in insipientia sua deprehendetur. Hos tales per Esaiam Prophetam cap. 58. dominus iridet, dicens: *Me etenim de die in diem quaerunt, & scire vias meas volunt, quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit.* Quibus verbis aperte dominus insinuat nec illum invenire, nec vias ejus scire posse, qui iustitiam non fecerit, aut iudicium Dei sui dereliquerit. Hoc idem apud Matthæum 12. expressius Christus dicit: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali: Ex abundantia enim cordis os loquitur.* Quo fit, ut vel hoc argumento persuadearum sanctis viris, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adeptique sunt tepromissiones, esse magis credendum, quam aliis etsi multo doctioribus, quorum vita non est argumentis probata: quoniam ut dicit Ecclesiasticus cap. 37. *Anima unius sancti viri enuntiat aliquando veram, magis quam septem circumpsectores qui sedent in excelso ad speculandum.* Hoc etiam argumento probatur sacræ scripturæ expositionem non esse ab hæreticis recipiendam, nisi alia via ejus interpretationem veram esse confiteri. Quod enim scimus an demeritis hæreticis exigentibus, Deus illum ibidem, ut in cæteris errare permiserit? Ut ergo non fallamur, oportet ut iuxta Jacobi cap. 1. consilium, sapientiam à domino postulemus, nihil hæsitantes in fide: deinde eos consulamus viros qui ab Ecclesia tam vita quam scientia probati sunt. Hæretici autem minime consulendi sunt,

Tom. I.

I

quo-



quoniam suspecti multis nominibus haberi debent. Primum quia semel in mendacio deprehensi fuerunt, deinde quia peccatis sunt obvoluti, propter quæ Deus illos in scripturis errare permittit, aliterque quam oportet illas interpretari. Unde Gregorius libro 20. mortalium exponens illud Job 1. *Qui rodebant in solitudine*, &c. sic ait: „Rodi solet quod comedi non potest, hæretici autem quia scripturam sacram intelligere sua virtute moluntur, eam procul dubio apprehendere nequaquam possunt, quam dum non intelligunt, quasi non edunt. Et quia per supernam gratiam non adjuvi, hanc comedere nequeunt, quasi quibusdam illaminibus rodunt. Exterius quippe illam contrectant, cum quidem conantur, sed non ad eas interiora perveniunt. Qui quia ab inveterata Ecclesiæ focietate disjuncti sunt, non quolibet loco rodere, sed in solitudine memorantur.“ Hæc tenus Gregorius. Post hanc gloriæ cupiditatem omnibus hæreticis communem, peculiaris deinde cujuslibet hæresis causa succedit. Hoc autem erit vitium cuilibet hæretico peculiare: illud nempe in quod à natura quisque proclivis est. Inest namque singulis hominibus à natura pronitas quædam ad aliquod vitium, est non omnibus ad idem. Quidam genuinam habent cupiditatem, alii ad carnis illecebras sunt proni, alii rursus honores appetunt, primos accubitus desiderant. Quum autem affectio (ut Aristoteli placet) ad se trahat iudicium rationis, fit ut in eandem sententiam manibus (ut dicitur) ac pedibus sæpe eat intellectus, in quam eum direxerit voluntas, vel in quam partem senserit voluntatem flecti. Hinc illa philosophorum sectæ emanarunt in diversis valde inanibus atque fallacibus rebus felicitatem humanam constituentibus. Illud quicquid optimum existimabat, quod magis appetebat, iudicio cedente voluntati. Quod si forte intellectus non approbet id quod voluntatem appetere cognoscit, tamen id approbare se simulat, quo facilius occulatur, vel saltem adumbretur vitium quo laborat: ut si forte in hoc vel in illo vitio deprehensus fuerit, hoc pallio contegatur, quod ignorans fecit. Cuius ignorantia vel hoc esse poterit argumentum, quod sæpe testatus sit illi rei nullum inesse crimen: mallet namque ignorantia nota iniri, quam re illa carere cui jam se vindicavit. Hoc enim experientia cognoscimus, & fama quam ex historiis habemus, neminem videlicet unquam vitium illud probasse cui hominis complexio repugnaret: aut virtutem illam insectatum fuisse, ad quam à natura pronus fuisset. Est quidam forte grave admodum reputans alterius voluntati subesse, & durum existimat ex alterius pendere arbitrio: hinc evenit ut obedientia jugum, quod semel susceperat excutiat, & inde ad ulteriora progrediatur, ut obedientiam ipsam insectetur, monachatum convitiis afficiat & commatis, ut errorem suum hoc pallio tegat, quod scilicet ab aliquo quem putabat ignominiosum & irreligiosum locum, se exisse aliis ostendat. Hujus rei tot sunt apertissima exempla, ut enarrare pigeat. Quod si aliquis pecuniam immodice cupiat, ex impotenti & effrenata hujus rei adhæsiōne fit, ut pro illa acquirenda omnes conatus adhibeat, omnemque (ut dicitur) moveat lapidem, nihil intentatum relinquat quod hujusmodi rei possit vel in modico suffragari: adeo ut illuc etiam, si opus fuerit, facras trahat litteras. Diogenes Laertius refert Menippum quemdam philosophum laqueo se suspendisse propter pecuniam insidiosam creptam. Vide quantus rei præcesserat amor, cui tantus post deperditam successerit dolor. Quid non tentasset, qui seipsum interimere non dubitavit?

Quid etiam non effecisset, qui Deum vendere non abhorruit? (*Matt. 25.*) Nonne ex hoc fonte ille error à Christo rejectus, quo Pharisei docebant Judæos, melius esse aliquid in templo offerre, quam parentibus egentibus distribuere? Nec in his diutius immorari oportet, quum id apertissime explicet Paulus in prima ad Timotheum epistola cap. 6. dicens: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Hæc ibi.

Et Beatus Gregorius exponens illud Job 30. *Radix juniperorum erat cibus eorum*, sic ait: „Quid per radicem juniperi nisi avaritia designatur, ex qua peccatorum omnium spinæ producuntur? De qua per Paulum dicitur: *Radix omnium malorum est cupiditas.* Ipsa quippe lateat oritur in mente, sed punções peccatorum omnium patenter producit in opere. Quas videlicet punções ab hac radice surgentes statim prædicator egregius insinuat: cum subdit. *Quam quidam appetentes erraverunt à fide & inseruerunt se doloribus multis.* Qui enim multos dolores dixit, quasi nascentes innotuit ex hac radice punções. In juniperis ergo peccata, in radice vero juniperorum quid aliud quam avaritiam, id est materiam intelligimus peccatorum? Quia igitur plerumque hæretici sola in verbis suis exteriora lucra sectantur, nec ignorant quia perversa astruunt, sed erroris prædicamenta non deserunt, dum sumptus percipere quasi doctorum volunt, bene de eis sancti viri nunc voce dicitur: *Et radix juniperorum erat cibus eorum.* Quia dum totis mentis suæ sensibus avaritiam cogitant, quasi eo alimento vescuntur, de quo nasci poterit, cul dubio peccatorum sequentium punções solent.“ Hæc tenus Gregorius.

De illecebris vero carnis quod illæ sint hæresum radices, testatur Paulus in epistola ad Roman. 16. *Rogo autem vos fratres ut observetis eos qui dissensiones & offendicula, præter doctrinam quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis: hujusmodi enim Christo domino non serviunt, sed suo ventri.* Et Theophylactus ibi: Ex hac igitur ventris ingluvie & vitiorum servitute omnes eruperunt hæreses. Et iterum ad Philip. scribens, eandem sententiam refert: *Imitatores mei estote fratres, & observate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram, multi enim ambulant quos sæpe dicebam vobis, nunc autem & stens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus ventris est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.*

Quod carnis illecebræ obrundant intellectum ne secreta fidei mysteria, carnalis homo intelligere possit, aperte docet Esa. 28. sic inquit, *Quem intelligere faciet auditum? Cui quaestioni ipse Propheta respondens, ait: Ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus, hoc est, à carnis deliciis preparatos.* Si hos solos Deus intelligere facit mysteria fidei quæ illis dicuntur, ergo qui non sunt ablactati à carnis illecebris non intelligent quæ audierint.

Hujus rei plurima sunt exempla. Ex hoc fonte prodit Cherintus carnis delicias sperans in illa promissa beatitudine. Ex hac radice Adamitarum & fratriculorum conventicula. Ex eadem radice hæresis illa promiscuum vagumque concubitum hominibus indulgens. Hinc illa Brianorum hæresis, jejunia propius rejiciens, nulliusque esse valoris asserens. Inde alia hæresis Joviniani matrimonium æquans virginitati, atque id genus plures quæ

fuis

fuis locis narrabuntur. Cæterum de ambitione quis nescit eam multarum hæresum parentem? Nam sicut nascente mundo initium omnis peccati fuit superbia, ita renascente eodem per Christum, initium omnis hæresis fuit etiam superbia. Quid enim aliud Simonem Magum impulit (nam hunc primum fuisse hæreticum tradit Buseb. Cæsariensis *lib. 2. Hist. Eccl. cap. 13.*) ut pecuniam offerret pro qua donum Dei possideret, nisi superbia? Quum vidisset autem Simon (inquit Lucas in actibus Apostolorum cap. 8.) quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam dicens: *Date & mihi hanc potestatem, ut cuicumque imposero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Nisi enim gloriæ & honoris appetita duceretur Simon, suffecisset illi pro se petere spiritum Dei. Sed quia parum æstimabat possidere, nisi & hoc aliis esset notum, ideo potestatem communicandi petiit, ut vel hac occasione plures ad illum pro impetrando Dei dono confluerent, pluresque illum venerarent tamquam Deum, quod maxime optabat, ut rei eventus ostendit. Nam & se populo decepto honores divinos accepit, ut beatus Justinus Martyr refert in Apologetico (*lib. 4. cap. 22.*) quem pro fide nostra ad Imperatorem Antoninum scribit. Hoc ferme tempore fuit Theobutes quidam de quo Buseb. in Ecclesiastica histor. refert, quod quia repulsam meruit Episcopatus, ipse cepit initio perturbare omnia & corrumpere, eratque ex septem hæresibus in populo Dei constitutus. Et de Aërio quodam narrat Augustinus in lib. de hæresi, quod ambiens Episcopatum quem obtinere non potuit, ut par nihilominus Episcopis videretur, asseruit sacerdotes pares esse Episcopis. Ex hac radice prodierunt postmodum Viclephitæ, Hufsitæ, & forte nostro tempore Lutherani, qui eo quod ad Episcopatus dignitatem pervenire non poterant, ne in aliquo Episcopis minores esse viderentur, Episcopos curarum reliquis omnibus sacerdotibus pares effecere. Sufficiens arbitror, pro hujus rei comprobatione hæc manifestissima exempla, ex quibus aperte ostenditur hæreses quæ circa mores versantur, eos habere inventores, qui in vitia illa à natura sunt proclives: qui quoniam sæpe in illis labuntur, fit ut intellectus cedat voluntati, & id iudicet esse bonum, cui voluntas effrenate adhæret: id etiam malum, à quo voluntas discedit. Cum enim eadem virtus duo habeat opposita vitia, si in alteram eorum quisquam à natura sit pronus, nusquam id fiet ut alterum illi oppositum probasse reperiat. Fuere inquam qui omnem coitum damnarent, nec tamen desuere qui omnem coitum admitterent atque probarent. Si tamen historia requiras, numquam reperies eum qui expers fuerit muliebris consortii, aliis omnem coitum indulsisse: aut qui carnis illecebris deditus fuerit, omnem coitum damnasse. Unde Augustinus 3. lib. de Doctrina Christiana cap. 10. „Quando proclive est humanum genus non ex momentis ipsius, libidinibus, sed potius suæ consuetudinis æstimare peccata, sit plerumque ut quisque hominem ea tantum culpanda arbitretur, quæ suæ regionis & temporis homines vituperare atque damnare consueverunt, & ea tantum probanda atque laudanda, quæ consueverunt eorum, cum quibus vivit, admittit: eoque contingit, ut si quid scriptura vel præceptum quod abhorret à consuetudine audientium, vel quod non abhorret cultu, paverit, si animorum eorum jam verbi vinxit auctoritas, figuratam locutionem putent.“ Hæc Augustinus. In quibus verbis sanctissimus & doctissimus pater aptissime, & ad vivum (ut dicitur) depinxit hujus temporis hære-

ticis: quibus si aliquid obijciatur ex sacra scriptura quod eorum sectæ aperte repugnet, statim dicunt figuratam esse locutionem.

CAPUT XII.

De quibusdam aliis duabus causis à quibus etiam hæreses oriuntur.

Præter has quas diximus hæresum radices, est alia multarum hæresum radix, quæ à se nullam prorsus habet malitiam, si modus adest, sed tantum ex male utentium vicio. Hæc est alsidua in libris prophanorum hominum nempe gentilium lectio. Et hoc maxime si illis ab infanzia sine ulla rerum discretione imbutus est. Horatius namque ait: Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu. Et per quemdam Prophetam dominus dicit: *Si mutare potest aethiops pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.* Tam efficax est enim consuetudo, ut fere transeat in naturam, præcipue ætate tenera, qua facilius res quælibet imprimitur, & impressa tenacius adhæret. In libris gentilium multa reperies quæ cum fide catholica velut ex diametro pugnant, multa quæ ad vitia alliciunt, à virtute revocant, apud poetas maxime, apud quos vitia vix in pretio & maxima laude, quum illa non dedignantur suis diis ascribere. Ibi fratrum discordias irreconciliabiles reperies, ibi parentum in filios acerbissimas animadversiones, ibi filiorum pertinacissimas inobedientias, ibi deorum obsecratos amores, adulteria, stupra, & rapti Ganymedis honores. Propter quod non immerito Plato hujusmodi poetas à sua Republica abigit, genus hominum ad nocendum paratissimum & efficacissimum. Quod si ad philosophos atque eorum sapientes te veritas, invenies apud illos etiam multa quæ pietati, & veræ religioni obstant. Quid enim magis veræ fidei repugnare potest, quam deorum multitudo, quam eorum plurimi posuerunt? Quid magis injurium est Deo, quam ei coactionem impingere, omnemque prorsus libertatem in rerum productione ab eo separare? Hoc tamen ei Aristoteles totaque Peripatetic. schola tribuit. Apud eos mundum æternum reperies, omni principio omnique fine carentem. Illorum est ista sententia: Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reverti. Sunt & alia id genus multa, ad quæ recensenda oporteret catalogum texere. Quapropter Apostolus præmonuit nos ut à philosophia cavereamus, quam ipse pulchre noverat, quod Athenis fuisset inter philosophos aliquando versatus. Videte, inquit, ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam. Unde Tertul. in lib. de præscrip. hæreticorum ita sentit, dicens: „Ipsæ denique hæreses à philosophia subornantur. Inde æones & formæ nescio quæ, & trinitas hominis apud Valentinum. Platonius fuerat. Inde Marcionis Deus melior de tranquillitate, à Stoicis venerat. Et uti animi interire dicatur, ab Epicureis observatur. Et ut carnis restitudo negetur, de una omnium philosophorum schola la sumitur. Et ubi materia cum Deo æquatur, Zenonis disciplina est. Et ubi aliquid de igneo Deo alligatur, Heraclitus intervenit. Eadem materie apud hæreticos & philosophos voluntatur, iidem retractatus implicantur.“ Hæc Tertullianus. Adde quod ex eis qui posteriores Christo ejusque Apostolis fuere, non solum cum Christiana religione pugnant, sed quod est omnium pestilentissimum, eam derident, subfannant, ir-

sec-



lectantur quoque. Unde saepe venit ut infirmi & debiles serupulos & suspiciones inde capiant de Christiana religione: qui quum semel vehementer pungere animum ceperint, difficles discedant ac tardi. A Philosophis enim nascitur mira dicendi libertas, adeo ut nunquam cedant alicui nisi manifestis argumentis & evidentibus id comprobetur: unde venit ut quæ eorum iudicio non conveniunt, statim rejiciant. At fides talem argumentorum evidentiam non patitur, sed exigit captivitatem intellectus in obsequium Christi: ideo merito ait Paulus: (1. Cor. 1.) *Judæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt, nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsi autem vocatis Judæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & sapientiam: quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus.* Cum ergo talia apud Ethnicos sint, non est jam cur dubitet aliquis assiduam illorum lectionem valde nocere Christianis, maxime incautis & infirmis. Si libri pietate pleni profunt legentibus, cur non & impii libri obesse poterunt eisdem? Sic enim ait Propheta Regius: (Psal. 17.) *Cum sancto sanctus eris, & cum perverso pervertis.* Si consuetudo & convictus vertit hominum mores, trahitque ad se, in confesso est illud idem efficere posse librorum lectionem, immo saepe multo efficacius: quia licet verbum fortius moveat, vehementius trahat, celerius rapiat quam scriptura, eo quod viva vox acutius penetrat: tamen ea quæ scribuntur, quum ex longa meditatione veniant, melius digesta esse oportet, accuratiusque ordinata, quam in communi colloquio: coque venit ut saepe efficacior sit scriptura, quam vox: quod plures habeat nervos orationis præmediata, quam ex tempore dicta. Unde Basilii nepotes suos edocens qualiter gentilium libri, maxime poetarum, legendi sunt, ait: *Quando vero ad infames & nefarios homines veniunt, hæc omnino vitare, his aures obstruere, non minus quam Ulysses ad cantus Syrenarum dicunt, oportebit. Nam pravis assuescere sermonibus, via quedam est ad rem ipsam.* Hæc Basilii. Accedit huic quod in re qualibet differenda magnum habent ornatum, elegantiam, splendoremque sermonis: quæ omnia vires sunt efficacissimæ ad animos hominum alliciendum. Ideo Paulus in epist. ad Collos. 3. ait: *Hoc autem dico, ut nemo vos decipiat in sublimitate sermonis.* Quod exponens Theophylactus, ait, *Idcirco enim id dixerim, quia universa soli Christo & notoria sunt & aperta, ut nemo vos decipiat verborum lenocinio & sublimitate, ornatu scilicet & comitate, & elegantia quadam dicendi. Quid enim si adferat quisquam quæ ad persuadendum plurimum valeant, ipse vero sit omnium profusus, id est veritatis ignarus? Id sane nihil est aliud nisi captiunculis quibusdam & sophismatibus niti.* Hæc Theophylactus. Hoc etiam hæreticos fecisse, ut scilicet sermonis elegantia homines incantos deciperent, testatur Paulus in epist. ad Roman. 16. ubi postquam eos ab hæreticis cavere præcepit, adjungit: *Per multos sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.* Unde Origenes homil. 2. supra Hierem. exponens illud Hieremæ cap. 51. *Calix aureus Babylon in manu Dei inebrians omnem terram.* sic ait: *Nabuchodonosor vult decipere homines per calicem Babylonis dolosum, non miscuit in vase fictili quod parabat potari, sed neque in paulo meliore & æreo vase vel stanneo, & quod ista præcellit, argenteo: verum eligens vas aureum, in eo poculum temperavit, ut quis videns decorem auri, dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & to-*

tis oculis hæret in specie, non consideret quid intrinsicus latet, & accipiens calicem bibat, nesciens calicem Nabuchodonosor. Intelliges autem calicem aureum in præsentem nominatum, si animadveras pessimorum dogmata verba mortifera qualem habent compositionem, nem, qualem decorem eloquentiæ, qualem rerum divisionem: cognosces quomodo unusquisque poetarum qui putantur apud nos discretissimi, calicem aureum temperavit, & in calicem aureum venenum injecit, idololatriæ, & venenum turpiliqui, venenum eorum, quæ animam hominis interimunt dogmatum, venenum falsi nominis scientiæ. Sed meus Jesus contra fecit, sciens aureum calicem Zabuli, & præcavens ne aliquis ad fidem suam veniens, suspicaretur in Christi talem esse calicem qualem esse requirit, & per similitudinem materiae formidaret errorem, ideo curavit ut haberemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Sæpe vidi aureum calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatum venena considerans deprehendi calicem Babylonis. Hæc tenus Orige. Nec tamen velim ut quisquam arbitretur me ista dixisse quod putem elegantiam sermonis pugnare cum Christiana religione, aut aliquo pacto obesse fidei catholice. Fateor quidem illa simul coire in unum posse, ut vere Christianus sit & eloquens, quales fuere ex Græcis Basilii, Gregor. Nazianzenus, Chrysostomus: ex nostris Hieronymus, Cyprianus, Ambrosius, Hylarius. Atque unam ego talis effem, ut propter sanctitatem primum, deinde propter eloquentiam in eorum ordinem merito numerari possim. Est enim elegantia sermonis, orationisque cultus res talis, ut bonis & malis, hæreticis catholicisque communis sit, qua & bene & male uti quisque potest: bonis enim catholicisque viris maximum est ornamentum ad virtutum persuasionem inflectionemque vitiorum utilissima. Quod si hæc alicui hæretico contigerit, cum ad fallendum potentior reddet. Nam venustate sermonis quasi quibusdam blanditiis lectoris animum in suam sententiam trahit. Arque ideo hæc dixi ne scilicet solo sermonis splendore tamquam aureo poculo allec-tus dogma venenosum ebibat. Ideo Sapiens ait: *Prov. 23.) Ne intuearis vinum quando flavescit, quum splenduerit in vitro color ejus. Ingrederis blande, in novissimo mordebit, & tamquam coluber & regulus venena diffundet.* Sed quum legerit id, attendant potius quid scriptura referat, non qualiter referat. Nullus enim (ut credo) est adeo demens, ut malit in aureo vase venenum, quam in vase fictili optimum vinum. Parum quidem refert ad corporis incolumitatem, hoc an illo vase bibas, modo id commoditatem aliquam adferat, quum in stomachum trajeceris: juvat tamen ad oculorum oblectamentum mundis vasibus, ornatis, iisdemque pretiosis uti. Sic etiam mirum in modum delectant sermonis splendor, orationisque cultus: verum minime reficiunt nisi sub illo verborum fuce aliquis solidus vere doctrinæ cibus lateat. Nam sermonis elegantia videtur mihi velut condimentum, ut cibus avidius sumatur. At solum condimentum in convivio apponere, est irritare famem, non prandium parare. Quod si oratio fuerit rebus & verbis copiosa & ornata, opparum certe erit convivium, cui adferre nullus merito dignari poterit. Ex his ergo omnibus satis jam (ut opinor) manifestum relinquitur, quantum veræ pietati & catholice fidei obesse poterit librorum gentilium lectio, in quibus multum est veneni ad interimendum, plurimumque mellis ad alliciendum. Verum hic admonere oportet ne hæc occasione omnino gentilium libri deferantur, quoniam in mul-

multis nos docere possunt, quorum cognitio est admodum necessaria ad sacrorum librorum intelligentiam. Definitiones & divisiones habemus à logica & metaphysica, rerum causas, origines, & proprietates ostendit physicus, ex quarum cognitione multa in scripturis abscondita nobis revelantur. De Moyse dicitur (Act. 7.) quod doctus fuerit in omni sapientia Ægyptiorum. Augustinus quidem asserit in lib. 2. de Doctrina Christiana cap. 28. *Gentiles historias plurimum conferre ad intellectum scripturæ sacræ, ostenditque ex earum ignorantia aliquos citra scripturas errasse.* Et lib. 2. ejusdem tractatus cap. 29. ostendit troporum & figurarum cognitionem esse omnino ad scripturarum intellectum necessariam, quæ à grammaticis & oratoribus petenda est. Denique lib. 2. cap. 40. de omnium philosophorum doctrina sic ait: *Sicut enim Ægyptii non solum idola habebant, & onera gravia quæ populus Israel detestatur & fugeret, sed etiam vasa & ornamenta de auro & argento, & vestem, quæ ille populus exiens de Ægypto sibi potius tamquam ad usum meliorem ancipulo vendicavit, non auctoritate propria, sed præcepto Dei, ipsi Ægyptii nescientes commodantibus ea quibus non bene utebantur: sic doctrina omnes gentilium non solum simulata & superstitiosa figmenta, gravesque sarcinas supervacane laboris habent, quæ unusquisque nostrum duce Christo de societate gentilium exiens debet abominari atque devitare, sed etiam liberales disciplinas usui veritatis aptiores, & quedam morum præcipua utilissima continent, deque ipso uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tamquam aurum & argentum, quod non ipsi instituerunt, sed de quibusdam quasi metallis divinae providentiæ, quæ ubique infusa est, eruerunt, & quo perverte atque injuriose ad obsequia demonum abutuntur, cum ab eorum misera societate sese animo separat, debet ab eis auferre Christianam ad usum justum prædicandam di Evangelii. Vestem quoque illorum, id est, hominum quidem instituta, sed tamen accommodata humanæ societati, qua in hac vita carere non possumus, accipere atque habere licet in usum convertenda Christianum.* Hucusque August. Possunt etiam professe illorum doctrinæ ad ipsos gentiles expugnandos: ut quum adversus eos pugnamus, suo ipsorum gladio eos jugulemus, ut David occidisse Goliath sacra testatur historia. (1. Reg. 17.) His namque armis Justinus Martyr adversus gentes pugnat in Apologico quem de eadem re fecit. Ideo Damascenus lib. 4. de fide orthodoxa cap. 18. ait: *Si autem ab his qui foris sunt, decerpere quippiam utile vulerimus, non aspernabile est. Efficiamur probati trapezite, legitimum & purum aurum acervantes, adulteratum autem refutantes. Sumamus sermones optimos, deos autem ridiculos & fabulas alienas canibus projiciamus. Eam plurimum ex ipsis contra scipos fortitudinem habere valebimus.* Hæc Damascenus. Sed hic consideratio tanta opus est, ut quum per gentilium libros spatiamur, caveamus ne dum flores in eorum campo legere volumus, à spinis pungemur. Quapropter oportebit nos more apum facere, quæ ut sua mella continent, alvearia exeunt, per campos volant, hæc illac discurrunt, floribus insidunt, neque tamen omnibus, sed quos cognoscunt commodiores, neque ex eis quibus hærent, omnia auferre conantur, sed quantum eis ad opus necessarium fuerit capientes, reliquum dimitunt. Sic etiam nec omnes gentilium libri legendi sunt, sed hi tan-

tum à quibus aliquid utilitatis decerpi potest: nec ex his omnia sumenda, sed id tantum quod pietatem juvare potest, & catholice fidei deservire. Alia est demum hæresum parens & origo, zelus scilicet, sed non secundum justitiam & discretionem. Verum hæc ad alias relata stertilis quodammodo videri potest. Nam quum alia de quibus jam diximus, tam multam habeant hæresum progeniem, hæc autem paucissimas huculque quod sciam procreavit: sunt tamen aliqua, ut olim Novatiani, de quibus refert historia tripartita lib. 8. cap. 9. quod Novatus illorum dux se ab Ecclesiæ Romanæ communione subtraxit, quia Cornelius Papa fideles qui sacrificaverant tempore persecutionis factæ a Decio, in communionem receperat, optabat quidem omnes fortes & constantes fore in confessione, quapropter visum est ei, his qui in tormentis defecissent, etiam uti pœnitent, non esse dandam remissionem. Ex eadem occasione (ut testatur Æneas Sylvius in lib. de origine Bohemorum) lapsus est Joannes Huss, & forte hoc nostro sæculo Martinus Lutherus. Hi enim zelo & odio male vitæ Clericorum & quorundam Monachorum ceperunt debaccari in Clerum, in Pontificem Romanum, in Ecclesiasticos Ordines, in Monachos omnes. Et cum aliquibus ignavis fortasse ac vitiosis maledicere possent, in omnes Sacerdotes absque ullo discrimine latrare ceperunt, omnem nachatum evertere, omnes caeremonias ab Ecclesiâ procul abigere, omnem Ecclesiasticum Ordinem confundere tentarunt. Materiam quidem reprehensivam habuerunt. Nam malitia abundabat, & nunc pro dolor in tantum abundat, ut evenisse experiamur quod Propheta Oseas cap. 4. dicit: *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium invadaverunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Huic tamen morbo aliter obviandum erat. Admonendus erat Clerus atque corripendus, non tamen tollendus: laborandum erat pro monachorum reformatione, non tamen monachorum ordines tollendi. Edocendus erat populus, ut non poneret spem in caeremoniis, non tamen à caeremoniarum cultu omnino separandus. Male quidem meretur, qui infirmum jugulat, etiam si de salute desperet. Ideo de talibus dicit Paulus: (Roman. 10.) *Testimonium enim perhibeo illis quod emulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam volentes statuerè, justitiam Dei non sunt subiecti. Veri catholici & zelum habent multo certe ardentiorum, quam Lutherus: tamen secundum scientiam: quia cognoscentes justitiam Dei, & suam nequaquam querentes statuerè, justitiæ Dei subiciantur, quæ non permittit minus malum per quoddam aliud majus tolli. Quapropter erit ferventius & syncretius Ecclesiæ reformationem optaverint, & nunc optent, patienter tamen tolerant. dissimulantque, tamquam periti & experti medici: qui quum vident morbum invaluisse, totaque occupasse medullas, nihil tentare audent, sed naturæ curandum relinquunt, timentes ne medela vires præbeat morbo, qui parum auctus infirmum interimat. Sic etiam viri & boni & docti zelantes pro domino exercituum, videntes Ecclesiam in pluribus ejus membris gravissimis laborare morbis, Deo, qui verus est medicus, curandam committunt, atque ideo orant sine intermissione, ingemiscunt, deprecantur cum improbitate, fiduciam in ejus verbo habentes, qui dixit: *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* Quid*